



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Missæ de Deipara eidem gratæ, n. 6

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Occupationes quibus ministrans fratribus di-  
stentus fuerat, solitas preces antequam cibum  
sumeret, recitare non potuisset, in templum ad  
Artem Virginis Annuntiatae eas recitaturus se  
construxit, verum ex Deiparae imagine vox ad  
eum facta est, qua iubebatur ad mensam cum  
alijs accedere, & post cibum precum pensum  
persolvere; cum bona eius voluntas ipsi acce-  
pta esset, quippe qui obedientia, & charitate  
impeditus fuerat.

Ceterum de ijs, quae ad Virginis inuocatio-  
nem spectare diximus, singillatim aliquid pro-  
feramus.

MISSAE DE DEIPARA,  
suum gratia.

**P**rimo igitur missae, quae de Virgine ce-  
lebrantur eidem Virgini gratiae in pri-  
mis sunt, licet enim ex sacro Concilio Tri-  
dentino sess. 22. cap. 3. cum in honorem sancto-  
rum missae celebrantur, soli Deo Sacerdos sa-  
crificium offerat; tamen Deo de illorum victo-  
rijs gratias agens, eorum patrocinia implorat,  
& ideo apud Sanctos vim habent maximam.  
Deiparam vero missis, quae de ea dicuntur, de-  
lectari his exemplis probatur. Legimus apud  
Caesarium libro 7. exempli, cap. 4. quendam Sa-  
cerdotem, nullam aliam, ut verbis eius utar,  
scientem missam, nisi de Beata Virgine, de ea  
quotidie celebrantem, a sancto Thoma Can-  
tuariensi fuisse suspensum. cumque pro-  
pterea Sacerdos ille animi angustia praemere-  
tur, & simul etiam egeret, iugiter eandem Vir-  
ginem inuocabat; quae eidem apparens, ad  
sanctum Thomam missi, suoque nomine, ut  
officium suum restitueret, dicere iussit. cui  
ius rei signum dedit, quia tali hora, & loco  
eundem sanctum Thomam in cilicio resarci-  
endo ipsa Virgo adiuuerat. quo audito S.  
Thomas fidem Sacerdoti habuit, eique praec-  
cepit, ut in posterum de beata Virgine tan-  
tum celebraret, atque pro se oraret. hoc exem-  
plum refert etiam sanctus Antoninus 4. part.  
tit. 13. cap. 2. §. 2.

Simile exemplum Vincentius Beluacensis  
in Speculo historiali libro 7. cap. 113. narrat.  
Nec dissimile est illud, quod affert Caesarius  
libro 7. cap. 5. de Sacerdote quodam Idiota,  
qui cum esset vicarius cuiusdam Pastoris, seu  
Parochi, & missam de beata Virgine, in Domi-  
nica infra octauam Epiphaniae celebrasset,  
quod eius diei officium ignoraret, eaque de

causa a Pastore eiectus propter suam paup-  
tatem egeret: iussu Beatae Virginis, quae Pasto-  
ri minaciter praecipit, ut Cappellatum suum  
restitueret, in eandem Ecclesiam iterum est  
admissus.

7. Nec silentio praeteribo insigne miraculum,  
quod de eadem Missa Deiparae a Caesario lib.  
7. c. 24. describitur his fere verbis; quod quidem  
suo tempore euenerat, eratque notissimum.  
Anno hoc, inquit, annos cum Ca. holicis contra Al-  
bigenses Haereticos fuissent signati & non modicum  
ab iisdem Catholicis haeretici illi essent exacerbati,  
duo honesti Clerici per terram illorum transseun-  
tes, cum Ecclesiam vidissent in via desolatam, ac  
vnu alteri, Sabbatum est intramus Ecclesiam  
hanc, dicamus missam in honore Dominae nostrae  
(portabat enim sacrum librum, calicem & inuenta  
sacerdotalia) Antequam esset missa completa haer-  
eticis proditi sunt, qui armata manu intrantes, &  
Sacerdotem de Ecclesia trahentes, linguam eius  
radicibus absciderunt, quem socium cum multo la-  
boro Cluniacum aduexit, ac monachus commen-  
dauit. Illi vero respectu Catholicis, & Religiosi Sa-  
cerdotem Catholicum, & notum propter fidem  
Christi, & Genitricis eius honorem tam crudeli-  
ter mutilatum deuotè suscipientes, omnem ei hu-  
manitatem exhibuerunt. in nocte vero Epiphaniae  
cum solennes decantarentur vigiliae, baculo parie-  
tem pulsans ministros vocat, in Oratorium se de-  
portari velle signat: deducitur, & ante altare quo-  
dam consistens misericordiae matrem ipsa mentis  
deuotione inuocat. At illa eidem apparuit, carnem  
linguae formam habentem in manu tenens, re-  
spondit orans: Quia propter fidem filij mei, & ho-  
norem mihi exhibitum lingua tua priuatus es, ec-  
ce nonam tibi restituo, aperi ergo os tuum, & di-  
gitu ori eius immittis radicem linguae praecisa eadem  
carnem coniunxit, sicq; disparuit. Qui mox in lau-  
dis vocem erumpens, clara voce cum Angelo cla-  
mauit, Ave Maria gratia plena, usque ad finem;  
quam salutationem crebro repetebat. Stupentes  
accurrerunt ministri, & de Choro Monachi de  
tanto miraculo Deum, eiusq; Genitricem glorifi-  
cantes. Ille accepti beneficii non immemor, in eod-  
em caenobio factus est monachus. cum autem Ioannes  
Scholaasticus Xantensis circa idem tempus in Pro-  
uincia Albigenisium cum exercitu Catholicorum  
esset, audiens de tanto miraculo in reditu Cluni-  
acum adijt, & dictum monachum conuenit, ac ab  
eodem rem gestam audivit, viditq; linguam, qua  
reliqua carne erat candidior, & in loco praecisionis  
seruabat cicatricem, cuius miraculi testis est uni-

aduersus  
mesur.

Caesarius.  
Sacerdoti  
sacrum Dei  
para celo-  
branti abo-  
scissa ad  
haereticis  
lingua per  
eam resti-  
tuitur.

Luc. 8.

Ioan. Scho-  
lasticus  
Xantensis.

uorsus Cluniacensium conuenimus usque hodie. huc usque Casarius, qui a Joanne Xanthenfi testi oculato hæc se accepisse narrat,

*Casarius. Sacrum B. Virginis audiens Vualterius summū in somno ante su locū eo. de tēpore obtinere videbatur.*

Apud eundem Casarium libro 7. cap. 39. Vualterius de Birbach Virginis deuotissimus, cuius mentionem feci cap. 36. ieiunijs, elemosynis, & missis, quas celebrari curabat, Deiparam honorare studebat. Is cum miles esset strenuus, & aliquando cum alijs militibus ad tournamentum quoddam properaret, præteriens per quoddam Templum, comites suos ad missam audiendam inuitauit, quod cum recusassent verentes, ne tardius peruenirent, ipse alijs recedentibus missam de B. Virgine cantari curauit; oblationemque fecit, qua peracta suum iter est persecutus: audiensque à pluribus ludum torneamenti inchoatum, & Vualterum de Birbach fortiter se gerere, omnibusq; præferri & ab omnibus laudari: magno stupore captus est intellexitque B. Virginis pietate factum esse, vt eius absentia propter obsequium erga eandem exhibitum mira quadam virtute, & cum sua maxima apud Commilitones gloria suppleretur,

**PRECES, QUÆ PRO CVIVSQUE pietate recitari possunt.**

*De priuata precibus in honore Virg. per solennis.*

**S**ECUNDO, priuatæ preces, quæ pro vniuersis, cuiusque deuotione in Virginis honorem laudantur: vtilissimæ sunt, præsertim, si precibus voce prolatis aliquot mentis exercitium addatur, gratias Virgini pro acceptis ab ea beneficijs agendo: nosque ipsos illi in seruos offerendo, & aliqua ab ea enixius petendo, quod exercitum quotidie mane, cum surgimus, & vespere ante cubitum fieri deberet, vt pietas erga Virginem iugiter accendatur, eiusque suffragium, in quotidianis necessitatibus inuocetur; formulam huius exercitij, quam facile quiuis ex se facere posset, ad maiorem letætorum facilitatem, mox subiiciendam duximus. Sanæ Albertus magnus ab ineunte ætate (vt ex Chronicis Fratrum Prædicatorum diximus cap. 36.) quotidie certas preces tanquam obsequij sui pensum Deiparæ persoluens, eius patrocinium inuocabat, luxque pietatis fructum amplissimum reportauit.

*Mane, & vespere B. Virgo inuocanda.*

*Albertus Magnus.*

Ad has porro priuatas ad Deiparam preces multa reuocari possunt. Primam, vt mane statim ac surgimus, & vespere antequam nos-

cubitum recipiamus illi nos, nostrasque sedulo commendemus. Alterum, vt cum domo, siue egrederimur, siue reuertimur: eius patrocinium enixè imploremus. Demum, vt in eius templis coram eius imaginibus illi preces fundamus, vel aliqua alia oblata occasione, salutatione Angelica vel alia precatiuncula eam reuerenter inuocare studeamus, verum de his omnibus aliquid subijciamus.

**RATIO COMMENDANDI SE BEATISSIMA DEI GENITRICI, SUM MANE, TUM VESPERI.**

**M**ANE cum primùm surgimus, Pater noster, & Ave Maria. Deinde aliqua ad B. Virginem precatio, eiusmodi est sequens, quæ ex officio paruo B. Virginis est desumpta.

**ORATIO.**

O Domina mea sancta Maria, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & infinitum misericordia tua hodie, & quotidie. Et in hora exitus mei, animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem spiritum meum. Et conuolucionem meam, omnes angustias, & miseria mea, vitam. Et si uita mea tibi commisit, ut per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita omnia mea dirigantur, & disponantur opera secundum tuam, tuique filij voluntatem. Amen. Sancta Maria succurre miseris, tuua pusillanimes, resoues, & pro populo interueni per clero, intercede pro deuoto famulo sexu, sentiant omnes tuū suuamen quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

*Veri. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. Resp. V. digni efficiamur promissionibus Christi. MARIA mater gratia. Mater misericordia. Tu nos ab hoste protege. Et hora mortis suscipe. Gloria tibi Domine. Qui natus es de Virgine. Cum Patre, & sancto Spiritu. In sempiterna secula. Amen.*

Deinde primò, gratias agam de cunctis beneficijs tuis generalibus, quæ cum alijs communia sunt, quod scilicet Christum nostrum redemptorem genuerit, & similibus, tum etiam de particularibus, & occultis, quæ illa mihi à Christo impetrauit, præcipue verò de ijs, quæ peculiariter intelligo, me ipsius intercessione obtinuisse.

Secundò